insona, id Nunc Graeca Lingua tribuat vetos Chri-
stiana, eámq; talem fontē existimet, ex quo qui
bibunt, etsi nō semper summi Poetae evadant, nullus
tn̄ Summus Poeta evadet nisi ex illo bibat. Quod
Nunc ad Rhetoricā attinet, quae velut omnis
limpidissimus fluere ac dulces eloquiā sua fon-
tes effundere debet, Graeca lingua ita necessā ē,
ut Orator sine hac ne minimū quidē locum
in Rhetorica, qui à Notatione seu etymologia
dicitur, accuratē scire poss. Nam quemadmodum
Nomina latina suos etymologias atq; Origines
habent, ut Cicero à cicere, Fabij à fabis noen
traxerunt; ita et nōia, Graeca quidē, sed Latinis
usitatissima. Quis vero nomē prosapiā aut ety-
mon investigabit, nisi Graecus? Unde Para-
clitus, unde Agapitus, unde Herodius deriventur,
quis sciet, nisi Graecus? Quare si Graecae linguae
ignarj hoc novisse volunt, Graecum aliquem
consulere coguntur; et quid si consuluerunt, si quod
voluerunt, repererunt? credunt, sed an sciunt. Sin
reperissent Paraclitū, nescio quem volucrē mari-
nū significare, hoc forte non minus crediturj fuisse
videntur. At vos istos Ornatissimj Aud: interrogo
an non illj Presbyterj mere dolendj, qui et quid